BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh. Seite 321
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



perdiderint. Et hactenus eam quam uendidere uel animae uel corporis libertatem recipere non meruerint.

Iterum autem pilatus loquutus est ad illos uolens dimittere ihesum. At illi succlamabant dicentes. Crucifige crucifige eum.

Quanta per fidorum crudelitas quae non solum occidere innocentem sed et pessimo genere mortis occidere. hoc est crucifigere desiderat. Pendentes enim in ligno crucifixi clauis: ad lignum pedis: manibus: quae confixi per ducta morte necabantur. Et diu uiuebatur in cruce non quia longior uita eligebatur. Sed quia mors ipsa protendebatur ne dolor citius finiretur. Uerum ipse de morte pessima occidit omnem mortem pessima enim erat non intellegentibus iudaeis. Nam ad non electa erat. Ipsam enim crucem suam signum habitaturus erat. Ipsam crucem de diabolo superato tamquam tropheum in frontibus fidelium possiturus. Ut dicere et apostolus. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu xpi. per quem mihi mundus crucifixus est. et ego mundo.

Ille autem tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste. Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum et dimittam.

Hanc correptionem qua populo satisfacere neusque ad crucifigendum saluatorem seuirent summopere querebat. Non modo enim obtulisse rogitando. sed etiam deridendo et flagellando nefandorum desideriis exhibuisse. Et uerba euangelistae iohannis et ipse taestatur. Calumnia cui alligatus ille qui soluere conpeditos sol et plena dominus membra uerberibus subdidit. Quae uidelicet columna in ecclesia montis sion posita dominici cruoris usque hodie cernentibus uestigia cesta demonstrat. Sed haec licet agat pilatus quid insatiabilis sacrilegorum furor concupiscat ad tende.

Cebant uoces eorum.

At illi instabant uocibus magnis postulantes ut crucifigeretur et inualescebant.

Quam totam accusationem quam aduersus dominum deuulerant. Crebra ac sollicita pilati interrogatio uidebant euacuatam tandem in pudici ad solas sepe preces conuestunt. utque criminando et quasi ratiocinando et uociferando perficiant. Quem exinde ordinem saeuiendi. Etiam beatorum martyrum persecutores tenuisse satis ecclesiastica demonstrat historia.

Et pilatus adiudicauit fieri peticionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium et seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant. Ihesum uero tradidit uoluntati eorum.

Latro seditiosus et homicidiorum auctor dimissus est populo iudaeorum. Id est diabolus qui iam olim patria lucis obcul pam superbiae depulsus et in tenebrarum fuerat carcerem missus. Atque ideo iudaei pacem habere non possunt. Quia seditionum principem quam dominum eligere maluerunt. Quia uero barabbas filius uel filius magistri eorum interpretatur. Potest antichristi typum gerere. Quem illi quibus dicitur. Uos ex patre diabolo estis. Uero dei filio sunt prelaturi. Filius autem diaboli antichristus non ab ipso nascendo. sed sicut ceteri peccatores illum imitando uocantur.

Lcccxi
I
Mt cccxxvi
Mr ccv
Joh clxxxviii

Lcccxii
VIIII
Joh clxxxii

Lcccxiii
I
Mt cccxxvi
Mr ccv
Joh cxciiii

Lcccxiiii
I
Mt cccxxviii
Mr ccvi
Joh cxcvi